

Crescit in ripâ fluuii Terek, sub fortalitiio Wladikawkas Floret Septembri. 2

Differt ab affini *H. radicatâ*, *caule* magis *ramoso* *basique* *folioso*, *defectu* *pilorum* et *setarum* in *foliis* atque *calyce*, *pedunculis* minus *squamatis*, *pappo* *candido* nec *fordide-albo*. *Florum* *magnitudine* *H. radicatam* *vix* *superat*.

1629*. *LAPSANA intermedia.*

L. caulescens *ramosa*, *foliis* *angulato-dentatis*: *inferioribus* *lyrato-pinnatifidis*, *pedunculis* *calycibusque* *glabris*, *florum* *radio* *calyce* *longiore*.

In *Tauriae* et *Caucasi* *inumbatis*, *fyloofis* *vulgari* *alibi* *specie* *frequentior*. *Floret* *aestate*. ☉

Conuenit cum *L. communi* *glabritie* *paniculae* et *calycibus* *viridibus*, *sed* *discedit* *flore* *duplo* *fore* *maiore*, *quâ* *notâ* *L. grandiflorae* *assimilatur*. *Hirsutie* *caulis* atque *foliorum* *sicut* *L. communis* *variat*.

1630. *LAPSANA grandiflora.*

Synonymon *addo*: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33.*

Vulgo *L. communi* *magis* *pubescit*. *Pedunculorum* et *calycum* *pubes* in *plantâ* *alpestri* *spontaneâ* *copiosa* *diminuitur* in *cultâ*, *quo* in *statu* *L. lyratam Willdenouii* *enum. hort. berol. p. 832* *plane* *refert*. *Etenim* *folia* in *his* *adeo* *affinibus* *speciebus* *nullum* *constans* *discrimen* *mihi* *suppiditare* *visa* *sunt*: *inferioribus* *scilicet* in *omnibus* *lyrato-pinnatifidis*, *mediis* *indiuifis* *latis* *angulato-dentatis*, *superioribus* *angustis* *subdentatis*.